



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Qvomodo sciuerit Christus mortem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

IN CAPVT DECIMVM TERTIVM

ARGVMENTVM.



CHRISTVS insigni humilitatis exemplo pedes discipulorum lauat, ad idem officii genus alios horratur, deinde turbatus Spiritu proditorum praedicat, & Ioanni indicat, Iudas accepta buccella, iam plenus Satana egreditur ad vendendum Dominum, qui postquam exiit, Dominus hortatus est ceteros ad constantiam, filium hominis iam esse clarificatum, mandatum nouum dilectionis dat, & Petro lapsum suum praedicat.

in Syriacâ Ecclesiâ leguntur triginta primi versus in lotione secreta. Ita enim habetur: *קרתא דשנתא ארזניתה קרתא דשנתא ארזניתה* *kerthana desebigata arzenitha*, lectio in lotione secreta. Secretam autem appellant, non quod Christus eam tantam esse voluerit, cum Iudas fuerit conscius, nec domesticum ignorauerint, à quibus peluim, linteum & aquam accepit, sed quod plenam mysterio iudicarent. Sic Daniel. 2. Et Psal. 25. Est etiam 13. Matthæi ארזא *araza*, secretum. Et 1. Ioan. 4. & Iud. 4. In rituali Seueri Patriarchæ pro mysteriis Synaxeos accipi solet. Quocirca etiam hic lotionem accipio pro ea quæ mysterium Eucharistiæ antecessit.

VERSUS I.

Ante diem autem festum Pascha, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

QUESTIO I.

Quomodo scierit Christus mortem?

§. 1. **Q**uod noster interpret vertit: *ante diem festum*: in Græcis est, *αὐτὴν τὴν ἡμέραν*, *ante festum*. eodem sensu. Horam eam omnibus circumstantiis secebat diuina scientia ab æterno, humana autem à prima conceptione. De qua re vid. Cyrillum Theophylactum, ceterosque: quamuis de æterna noticia præcipuè intelligant. Videatur & Augustinus serm. 127. de tempore. Crebro ante sese furoribus sacerdotum subduxit, nondum enim erat hora eius. Nunc cum adesset illa ipsa mortis à Patre constituta hora, ipse vltro se ad mortem comparat, urbem ingreditur, seq. capientibus facilem offert.

§. 2. Quamuis autem experimentalis scientia profecerit, non tamen vlla vnquam laborauit ignorantia; nam quæ expertus est eadem ante experientiam perfectissimè norat. Quæ in re Caluinus, Beza, Iunius, Danæus vehementer errant. Cognouit quædam aliter, quam ante, sed non alia. à principio statim vnctus est; omniaque cognouit. Sed ea de dixi Lucæ cap. 2. vers. 40. & 54. Consulatur D. Thom. quaestio. 12. a. 2. in 3. p. Bellarminum libro 4. de Christo capit. 2. & 3. Præcipue Athanasium orat. 4. contra Arianos. Quod vero Damascenus ait, Christum *πρότερον τῆς φωνῆς καὶ τῆς σαρκὸς* suscepisse, non tamen ideo consequitur, nec ille existimat ignorantiam suscepisse.

Nam illa cum est rei, quam posset homo scire, quamque consideratis omnibus circumstantiis scire deberet, multum de dignitate, & perfectione eius detrahit. vt explicat noster Gregorius de Valentia. T. 4. quaestio. 15. pag. 1. Iunius Agnoeticam illam Caluinianorum impietatem emolliue se putat, cum vocat, nescientiam, noua voce veterem heresin, vt vendibilior sit interpolans, negatque esse ignorantem priuatiuam, pure negatiuam appellat. At nos aliquam

in Christo nescientiam esse non negamus: Sicut vocabulo tantum significatur Deitatem minus perfecte ab humanitate, quam seipsa cognosci. Cum enim anima illius creata sit, finitaque, non potest Deum cognitione sua comprehendere. Verum nouorum Argumentorum est alia ignorantia ratio, quam Christo attribuant. Contendunt illi omnes infirmitates humanæ naturæ à Christo assumptas, quæ peccata proprie dicta non sunt. Ex illis quoque ignorantiam esse priuatiuam nemo est, qui nesciat. Hanc ergo in Christo esse affirmant, aut sane argumento, quod ipsos enutrit, vtuntur. Ipse Danæus scientiam secretam, ignorantiam igitur præcessisse docet. Additque diuinam Christi naturam humanæ per gradus, & tempora dispensasse, quæ ad salutem humani generis erant necessaria cognita, & facta. Itaque docent, in principio ne quidem ea sciuisse, quæ cognita necessaria erant.

§. 3. Danæus tantopere illam Christi ignorantiam prosequitur, vt nisi in illo reperitur in diuinitatem putet migrasse humanitatem. Atque etiam Lombardi sententiam deprauat, Quæ de re vide Cydoium nostrum in erudito opere, quo ipsum confutat, c. 13.

Respondeo. Argumento tam improbo Christi gloriam profus obsecrari. Si enim ideo non potest anima Christi à primo ortu extremum iudicium cognoscere, ne Deo æquaretur, & ex Lombardo æqualitate inter Christi humanitatem, & deitatem illa scientia constituit, ideoque probatur Christi ignorantia, ne nunc quidem ad Patris dexteram resedens, omnibus in eius potestatem datis, diem illum decretorium quidem cognosceret, neque enim etiam nunc Deo est æqualis anima illius, quamuis beatissima. Neque Durandus, neque Lombardus dum negant CHRISTI Vbiquitatem, ignorantiam asserunt. Imo Danæus dum ex CHRISTI scientia Vbiquitatem se qui contendit, & ea quidem scientia, quam ille in glorioso statu concedit, veritatem prodit Vbiquitatis, qui Christi humanitati omni scientiam, omnipresenciam, aliaque affingunt, quibus nouum Deum fabricent. Nos nec omnia quæ Deus nouit, nec ipsum Deum tanta perfectione cognoscere Christi animam dicimus, vt eum comprehendat: Denique actum habitumque scientiæ, quæ in Christo est finitum dicimus, creaturæque, ab actu cognitionis quæ in Deo est omnino distinctum. Ipse Hunnius vbi de persona Christi agit, capite de communicatione omni scientiæ, Vere iudicium tradidit ignorasse. in statu autem gloriæ, nihil ignorare eorum, quæ Deus nouit. Quæ

ADAMI CONZEN
112
+ Euangelium
C VI
14

Omnia
praesciuit.

Non igno-
rauit.

Nescientia
Iunij.

